



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Detinentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

liberis; ita Felin. Albert. Mascard. Decian. apud Casto
lib. 2. p. 10. §. 2. num. 8. ipso Casto Pal. contra-
dictum. *ibid.* num. 9. faver tamen Layman lib. 1. c. 14.
hoc est, si verè nullum legentium periculum esse ap-
paret, quod periculum esse finem huius prohibitionis,
tenet Sanchez in dec. cap. 1. §. 1. num. 51. & insinuat, Casto
Palas d. §. 2. n. 9.

41. Verum, quia reverà nunquam deest adequatus
finis, difficile enim videtur deesse periculum in re tam
libera, nec apparet periculum solum esse tantæ pro-
hibitionis finis, et enim etiam hæreticorum contem-
ptum ex eorum exterminatione librorum enascens: est
quæ ex eorum exterminatione fieri potest, & communicatio cum
eius, quantum fieri potest, est, ut ipsi cum videant
etiam in eorum scriptis: est, ut debita Sacra-
mentorum de rebus sacris à fidelibus non esse
legenda, à scriptione desistant: est, ut Pontificum tam se-
natorum Inquisitionum, Conciliorum, Pontificum tam se-
natorum reverentia, & obedientia in re summi
verè decet reverentia, quia, inquam, adequatus finis pun-
tamenti scilicet, nullo modo aspicenda est iuxta, qua quis-
que liberos evolvere impune possit, tamen putes te in
periculum errandi non prolapsurum. Putes, inquam? Sed
quidam nam, vel quis ferreus se nunquam addo Constan-
tiam, forte putare poterit, ut in occasionem labendi
non se conjicere audeat? Equidem dum hæc scribo,
quadraginta quatuor annos ago à sancta hac mea Socie-
tate Iesu Religione suscepta, nihilominus interbas sancti
scriptis tandem versatus, luteum me figmentum portare
in dies exterior? tu si æneum portas, periculis te ingeri-
tury, ut lubet.

Retinere.

42. Sive in tua, sive in aliena domo, sive tuo no-
mine, sive alieno scienter dictos libros, seu eorum par-
tem notabilem retineas, facis contra prohibitionem; ita
Sanchez in dec. c. 10. §. 1. & 4. ita ut etiam aromata-
tos, & librarios, Sanchez *ibid.* non excuset, quia licet illi
al aromata, hi ad eosdem ligandos, & non ex intentione
legendi retineant, adhuc legem violant. Eosdem si reti-
neant in aliena lingua scriptos, etiam si te intelligi non
possint, condemnatis, Sanchez *ibid.* quia adhuc retines
libros veritos.

43. Excusat autem parvitas materiæ, ut si retineres
mon, duo, vel tria folia, quia licet plerumque unam
paginam legere excedat parvitatem, ut diximus num. 42.
non tamen excederet in retinendo; cum minor culpa sit
retinere, quam legere, *ibid.* num. 44. Excusat item parvi-
tas temporis, quo retines.

44. Imò si tempus etiam notabile requiratur, ut
communodè Inquisitioni tradatur liber, non es scrupulis
agitandus; potes enim etiam diu expectare, modo sine
fraude, & fallacia id facias, *ibid.* n. 55. Data autem com-
munitate per unum, vel alterum diem differte, non erit
culpa saltem gravis, quia retentio levis est.

45. Si quando ex legitima facultate librum veritum
retineas, adverte ne tua occasione serpat ad alios faculta-
te carentes libri venenum. Equidem cum essem Romæ
in quendam librum prohibentem, quem palam
quidam amicus apud se in aperto plures retinebat, cujus
multa folia (ut etiam meo more avidus evolvendi quos-
cumque libros, quos antea non viderem) cum securus
perlegerim, adverti in fine libri sic adnotatum ex scri-
pto fuisse: *Hic liber est prohibitus, sed ego ex legitima licen-
tia apud me retineo.*

Imprimere.

46. Hoc est, componentes litteras, præparantes pa-
pyrum, & atramentum, torcular prementes, & ceteros
cooperantes: item Officinæ Impressoriarum dominos, ap-
posque librorum Authores, qui eos imprimendos ur-
gent: hi enim omnes imprimere librum dicuntur. Imò
qui corrigat folia impressa, ut emendatiora exprimantur,

hic comprehenditur; nam præterquam quod jam legit
librum hæreticum, etiam censetur imprimere, dum ad
imprimendum corrigit: Ita Sanchez l. c. num. 57. Suarez
disp. 2. de fide, sect. 2. n. 24. Casto Palao l. c. num. 13. Bon.
disp. 1. de cens. in part. 9. p. n. 19.

Qui verò solum expensa dat ad imprimendum, &
qui exemplar rescribit ut imprimatur, quique ancios
characteres, vel atramentum, vel similia impressoribus
dictis vendit licet fautores sint hæreticorum, & in pec-
nas fautorum incurrant, non sunt impressores, cum re-
motè satis ad impressionem concurrant?

47. Hæc quoad libros hæreticorum hæresim conti-
nentes, vel de Religione tractantes, de quibus Bulla
Cenæ loquitur. Quid de aliis.

Tres hæc de re constitutiones sunt apud Bonac. d. 2.
q. 2. p. 16. a. 1. Prima est Concilij Lateranensis, sub Leo-
ne X. sect. 20. ubi imprimentes, vel imprimi facientes li-
bros, vel quancunque scripturam in Vrbe sine Vicarij
& Magistrj Sacri Palatij, in aliis Civitatibus sine Epi-
scopi approbatione, excommunicantur ipso facto: &
pena pecuniaria, ac suspensione ac exercitio imprimen-
di per annum, afficiuntur, librique comburantur.

48. Secunda est in Indice librorum prohibitorum
reg. 10. ubi innovatus dicti Concilij Lateranensis consti-
tutio.

49. Tertia est in Concilio Tridentino, quod solum
loquitur de Libris sacris (ij autem sunt iidem, quos di-
ximus n. 7.) ubi eadem constitutio confirmatur, additur-
que, Libri Sacri, cum nomine Authoris imprimantur,
& si sint libri Regularium, ut præter Episcopi, vel Ma-
gistrj Sacri Palatij approbationem, approbentur à suis
Superioribus, secus nec vendi, nec retineri queant, sub
penis ejusdem Constitutionis: ipsa verò approbatio
detur in scriptis, & appareat in fronte libri. Ex quo vi-
des hos non aliundè prohiberi, posse legi, si apud se
non retineantur, quia Conch. prohibet vendi, vel reti-
ri, nihil de lectione.

50. Porro aliquæ hinc insurgunt difficultates. Prima,
an ubi receptus mos est, ut solum Domini temporales
examinent librum imprimendum, delinquant contra di-
ctas Constitutiones, quæ sine Episcoporum approbatio-
ne imprimi? Respondeo non delinquere. Ratio est, quia
jam supponis Constitutiones has non esse legitime rece-
ptas: ergo contra ipsas non peccabitur.

Adde cum Bonacina l. c. num. 6. in hoc casu Ecclesiam
usu sic approbante, subrogasse Dominos temporales in
approbatione librorum. Simile quid dicam cap. §. 5. 2.
numero 4.

51. Secunda; in libris Sacris, in quibus juxta Tri-
dentinum apparere debet approbatio in fronte libri, si
moraliter constar adesse, non tamen sit in libro apposi-
ta, an peccetur? Respondeo. Credo non peccari saltem
graviter, quia jam servatur tota substantia præcepti:
multò magis si præponatur illud (cum superioris licen-
tia) quod usu ipso toto comprobari video. Ita Bon. lib. n. 7.

52. Tertia, An qui habuit prædictam licentiam,
sed deinde dum imprimit, addit vel demit aliqua sine
nova licentia, peccet in legem hanc?

Respondeo negativè, cum Bonac. *ibid.* num. 3. Nisi
tale & tamen addat, dematve, ut novus moraliter li-
ber: censetur. Ratio est, quia per pauca adiecta, non
censetur quis librum sine licentia imprimere; per multa,
sanè censetur.

Id explicatius decidamus. Si quod addis, quamvis
non multas continens lineas, tu cognoscas esse prohibi-
tum, sanè cum mala fide agas, condemnaberis; id quod
ego modò insinuavi per illud (tale) si verò certò co-
gnoscas prohibitum non esse, procedit doctrina allata
ex Bonacina. Si denique dubius sis, certè prævalet lex,
atque addere nullatenus potes.

53. Quarta, An qui in libris sacris, de quibus solis
loquitur Tridentinum, non apponit nomen veri Autho-
ris sed alterius peccet? Quid si nomen sit fictum, &
ementitum? Quid, si adhibeatur nomen Collegij, vel
Academici?